



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1707

Q. 208. De quibus rebus testari possit filius.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42561

"tamen respectu creditorum, quibus præjudicare
"non potest: Universim enim ab onere inventa-
"rii, & à rationibus reddendis, eos, quibus potest
"relinqueret bona, sine onere dandi patrem aliis,
"potest liberare, iisque concedere, ut eorum dictis,
"vel juramento stetur, Mol: Lugo, d: 24: n: 236.

ADDENDA.

1154 Q: 208: De quibus rebus testari possit filius. R. Colli-
gi potest ex dictis p. 1. à n. 1026. Possuntque videri
alia apud Tambur: in Decal: lib. 5. cap. 4. §. 1. & 3.

Q: 209: De cuius licentia testari possit Religiosus pro-
fessus, vel aliquis Ecclesiasticus. R. Caramuel docet pro
Religioso sufficere licentiam eorum, per quos
potest aliquid donare, sed communissima senten-
tia cum Carden. in 1. Crisi d. 65. dicit non posse,
nisi de licentia Papæ, nam Cap. 7. Quia ingredienti-
bus. 19. q. 3. expressè dicitur, Ulterius nulli sit testandi
licentia: & quidem quòd nomine proprio testari
non possit, certum est, quia nomine proprio non
est capax ullius dominii, ergo hoc, quod ipsi erat
impossibile, non prohibetur, ergo prohibetur, ne
testetur etiam nomine alieno, nempe communita-
tis, ad quam pertinet dominium, tale enim testa-
mentum haberet speciem dispositionis ex domi-
nio, quam à professis omnino abesse vult Ecclesia.
An & de quibus testari possit Ecclesiasticus, dicetur
I. 4. n. 1355. 1359.

1155 Q. 210. Quid notandum sit circa hæreditatem &
legitimam, ac speciatim circa Religiosos. R. Seqq. §. 1.
Tota hæreditas in Jure vocatur As: as autem di-
viditur in duodecim uncias: duæ unciae sunt sex-
vans, id est, sexta pars hæreditatis: tres unciae sunt
quadrans